Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



140

bant. Si illic diligant adtende quemadmodum inferat. Propter quod cuncta ista
commemorauimus. Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei
festi aut nouilunii aut sabbatorum quod est umbra futurorum. Hoc propter iudai
ismum. Deinde sequitur propter superstitiones gentilium. Corpus autem xpi inquit
nemo uos euincat. Turpe est inquit a nimis incongruum a gentilitate
uestra libertatis alienum ut cum sitis corpus xpi seducamini umbris. a euinci
uidemini uelut peccantes. si hec obseruant negligitis. Corpus ergo xpi
nemo uos euincat uolens in humilitate cordis. Hoc si publum graecum
diceretur. ita in latina eloquentia propriam sonare usitatum. Sicut enim a
uulgo dicitur quod diu uitam affectat. Theo diues. a quod sapientiam theo sapiens.
a cetera huiusmodi. Ergo a hic theo humilis. quod proprium dicitur theon hu
milis. id est uolens humilis. affectans humilitatem. quod intelligitur uolens
uideri humilis. affectans humilitatem. Hoc enim in talibus obseruationibus
agitur. ut cor hominis uelut religione humile reddatur. Addidit autem a
cultura angelorum uel sicut in codicis habent religione angelorum quod graece
threskia dicitur. angelos uolens intelligi principatus. qs dicuntur mundi hui
us praepositos in his obseruationibus colendos et arbitrantur. Nemo ergo uos
inquit euincat. cum sitis corpus xpi uolens uideri humilis corde inculcat
tura angelorum quod non uidit inculcans. uel sicut quidam codices habent quod uidit
inculcans. aut enim sic dicere uolunt quod non uidit inculcans. quia ista homi
nes suspitionibus a opinionibus agunt non quod uiderint ita esse faciendum.
aut certe quae uidit inculcans. id est magna existimans. quia uidit ea
quibusdam locis obseruari abhominibus quorum auctoritatem habent fidem
etiam ratione non reddita. a id est magni uidetur. quia ea egit. quorum sacrorum
uident secreta. Si planior sensus est quod non uidit inculcans. frustra inflatur
mente carnis suae. Mirabiliter enim ibi dixit inflatum mente carnis suae. ubi